

2. Paral. 3.

Augustin.

¶

1.

Versicu-
lus 11.

1.

Versicu-
lus 16.

1.

2.

mon extruxit templum 2. Paral. 3, in area Ornam, quam David emerat; alia pars extra Ierusalem posita mons Calvariae dicitur, in quo Isaac, & Christum immolatos fuisse dicunt S. Hieron. & Aug. L. 16. de Ciuit. cap. 32. Præterea Fagius ex Hebreis refert Abelem, Cainum, & Noë ibidem sacrificia sua obulisse, quod tamen sine fundamento Cornelius dicitum fuisse afferit. Pro Moria 70. verterrunt eis m̄ ȳm̄ m̄ v̄l̄m̄, terram excelsam; Aquila et ap̄p̄m̄ id est lucidum, quia in templo ibidem constructo 72 debit, oraculum Dei, lex, & Spiritus sanctus prophetas illuminabant. Quid autem Venetus intelligat, cum ait montem hunc perpendiculariter existere sub templo supramundano, non est facile colligere, quippe cum nulla terra pars sub Deo, quem forte per templum supramundanum subintelligit, magis quam alia perpendiculariter collocetur. Nec etiam cœlū intelligi potest, utpote cui quilibet terrae particula perpendiculariter

riter subest, nec enim in toto mundo quis degere potest, qui punctum Zenith, & Nadir non habeat; quod si templum aliquod supramundanum fingit, quod aquinoctiale recipiat, nondum tam Moria sub illo directe situs est. Si denique templum ipsum materiale Ierusalem supramundanum vocet, ipse videtur.

In 154. sequitur allegoricum sensum, prius tam retinendus est literalis sensus; triadū vero ambularunt, quia ex Gerarī vbi habitabat, vtque ad montem illum tridui iter est, vbi per Gerarim regio, non vrbs intelligenda venit, tunc enim in Bersabee habitasse videtur; tamen enim à Bersabee ad Moria sit vnius diei iter dunataxat, lente tam processit Abraham, quod rebus ad sacrificium necessariis onustus esset; Theodoretus autem nos- taurit per hos 3. dies Abraham velut in agonia, & in morte fuisse, vt triduum mortis Christi representaret.

Theodore-
sus ait A-
braham
agonia la-
berasse.

PROBLEMA CLV.



V R Angelus Domini vocans Abraham de cœlō vocem geminavit? Nonne magnum est hic Sacramentum? Nam quando Deus vocat aliquem viua voce, quæ est superior gradus prophetæ, semper vocem geminat, vt denotet gradum, in quo ille erat, & gradum, ad quem assumitur. Sic enim vocauit Mose in Sina, & ex parte

Genes. 12.

store fecit ipsum regem, ac ducem populi sui. Sic vocauit Samuelē, & ex ministro fecit eum Sacerdotem sumum. Parimodo vocauit Saulum, & ex persecutore fecit ipsum Apostolum. Ideo volens ad altiorem gradum deducere Abraham vocem geminavit.

Exod. 13.

Reg. 13.

A&uum. 9.

PROBLEMA CLVI.

V i d meruit Abraham offerens filium in holocaustum? Nonne dixit ei Dominus, Quia fecisti hāc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli (quoad præcipios electos) & sicut arenam maris, quoad turbam, quam dinumerare nemo potest. Secundū complicit Deus benedictionem iam promissam, quod videlicet in eo, id est in semine eius benedicerentur viuērā cognationes terræ. Tertiū (& hoc fuit omnium maximum) ordinatus fuit in patrem illius redemptoris, in quo omnes verē benedicendi erāt, sicut scriptum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Postrem dicitur, quod venerunt Bersabah simul pater scilicet, & filius Izahac, & habitauerunt ibi suscipientes ab illo puteo septenari influxus quæcūque necessaria, & quæcūque desiderabilia. Nam puteus ille à sapientibus dicitur 'col', id est totum, quod videlicet inferius tribui, & cōmunicari potest.

Genes. 12.

Genes. 12.

Ibid. 12.

Genes. 12.

PROBLEMA CLVII.

V o t annis erat Izahac, quando oblatus fuit: Nonne communis Hebreorum sententia est (vt etiam ex textu colligi potest) quod esset 37. annorum? Sed cur dictum est, tolle filium tuum? Quomodo poterat Abraham senex & decrepitus portare filium tam grandem? An tulit illum demulcens, & alliciens verbis blādis, quibus assentīs, obediensq; Deo & patribat voluntariè: Sicus scriptum est, Pergebant ergo pariter. Et hoc in perfectam figuram illius, de quo dictum est, Oblatus est, quia ipse voluit. Et iterum. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

Genes. 12.

Genes. 12.